

1.

Venezia, 1 ottobre 1450

*M. V. scrive una lettera di raccomandazione a favore di Domenico figlio di Nicolò di Lotaringia; essa è indirizzata a tutti coloro ai quali lo stesso Domenico si rivolgerà nel corso del suo viaggio alla volta di Roma.*

/605/ Litterae fidei de bona servitute.

Mapheus Vallaressus, Dei et apostolicae sedis gratia archiepiscopus Hyadrensis, Universis et singulis ad quos hae litterae pertinuerint, salutem et prosperorum successuum incrementum.

Quoniam dignum esse videtur ipsos qui fideliter atque virtuose conversantur pro eorum meritis apud ignotos etiam commendari, idcirco hunc praesentium latorem Dominicum Nicolai de Lotaringia, servitorem nostrum, qui nobis fideliter atque virtuose servivit, quibusdam ex iustis causis versus Romanam curiam et alibi profecturum, omnibus apud quos declinaverit pro eius meritis atque fidelitate quantum possumus in domino Iesu commendamus, dominos et amicos nostros rogantes ut ipsi Dominico servitori nostro humanitatis favores contribuant, ut pro his nostris commendationibus ipse subsidium sui favoris intelligat accepisse. In cuius rei testimonium has nostras litteras fieri fecimus nostrique minoris sigilli iussimus impressione muniri.

Datum Venetiis, in domo nostrae habitationis, anno Domini MCCCCL, die prima mensis Octobris, pontificatus sanctissimi domini nostri domini Nicolai divina providentia Papae quinti, anno quarto.

2.

Venezia, 20 agosto 1450

*M. V. attesta di aver ricevuto da Antonio di Pago, canonico della chiesa di Zara, 150 ducati, parte in oro e parte in moneta, di cui cento a nome del presbitero Luca, arcidiacono di detta chiesa, provengono dalla fabbrica della chiesa stessa, e 50 ducati a nome di ser Masoli de Galelli, conduttore dell'arcivescovado, per una parte dell'affitto annuale cui quest'ultimo è tenuto.*

Copia cyrographi.

Nos Mapheus Vallaresso, Dei gratia archiepiscopus /606/ Hydrensis, confitemur habuisse et manualiter recepisse a venerando viro domino Antonio de Pago, nostrae Hyadrensis ecclesiae canonico, ducatos centum et quinquaginta, partim in auro et partim in monetis, de quibus nomine presbyteri Lucae, archidiaconi supradictae ecclesiae, de denariis fabricae eiusdem ecclesiae, recepimus ducatos centum. Item, nomine ser Masolis de Galellis, conductoris archiepiscopatus nostri, pro parte fictus istius anni huiusmodi ducatos quinquaginta. In cuius rei fidem ac testimonium hanc praesentem cedula[m] conscripsimus vel scribi iussimus et sigilli nostri secreti vel anularis impressione munivimus.

Datum Venetiis, die XX Augusti MCCCCL.

3.

Zara, 17 luglio 1454

*Lettera credenziale per Giovanni de Cena.*

Litterae fidei de bona servitute.

Mapheus Vallaresso, miseratione divina archiepiscopus Hyadrensis, universis et singulis ad quos hae nostrae litterae pervenerint, salutem et prosperorum successuum incrementum.

Quoniam dignum esse videtur illos qui laudabiliter ac virtuose conversantur etiam apud ignotos eorum meritis commendari, idcirco hunc praesentem /607/ gerulum Iohannem de Cena et cetera.

Datum Hyadrae, die XVII Iulii MCCCCLIII.

4.

Zara, 4 maggio 1453

*Lettera con la quale M. V. garantisce la buona fede di un notaio di cui non è trädito il nome.*

Pro legalitate notarii.

Mapheus Vallaresso archiepiscopus Hyadrensis, universis et singulis praesentes litteras inspecturis salutem in Domino et praesentibus fidem indubiam adhibere.

Quoniam pium est rationique consonum veritati testimonium perhibere, idcirco universitati vestrae fidem facimus qualiter venerabilis vir presbyter ... qui suprascriptum instrumentum composuit et in publicam formam redegit, est publicus imperiali auctoritate notarius bonus, fidelis ac legalis. Cum instrumentis et scripturis in iudicio et extra, hic et ubique semper plenaria adhibetur fides in quorum omnium et singulorum praemissorum fidem et testimonium praesentes fieri fecimus et nostri mediocris sigilli iussimus impressione muniri.

Datum Hyadrae in nostro archiepiscopali palatio, anno Domini MCCCCLIII, indictione II<sup>a</sup>, die IIII mensis Maii, pontificatus sanctissimi domini Nicolai divina providentia Papae V, anno VIII.

## 5.

Venezia, 7 marzo 1455

*Il patriarca Lorenzo Giustiniani avrebbe voluto già convocare un concilio provinciale a Venezia, ma è stato impedito a causa di una lunga malattia; ora è guarito, e ha stabilito di celebrare il concilio la quarta settimana dopo la festa di Pasqua; invita dunque M. V. a prendervi parte. Il patriarca ha convocato anche i vescovi suffraganei di M. V.; tramite lettere allegate alla presente; ha allegato anche le lettere di convocazione per i vescovi di Segna e di Nona, pur non essendo certo se essi siano suffraganei della diocesi di Zara (a questa lettera di convocazione Maffeo risponde con la ep. n° 165 della prima parte dell'epistolario).*

/608/ Copia litterarum acceptarum a reverendissimo  
domino patriarcha Venetiarum.

Reverendissimo in Christo patri et cetera. Decrevimus alias a die promotionis nostrae infra annum, prout etiam statuunt iura et disponunt, provinciale concilium in civitate Venetiarum, ubi Domino disponente praesumus convocare, quod longa ac gravi infirmitate impediti facere hucusque nequivimus. Nunc vero, ab ea (gratias Deo) liberati, debitum nostri officii exequi volentes, deliberavimus illud quarta ebdomada immediate sequenti post festum Paschae proximae venturae in Spiritus Sancti nomine celebrare. Quare reverendam paternitatem vestram invitamus ac per praesentes requirimus ut velitis ad constitutum terminum adventum vestrum non differre. Nam id ipsum singulis suffraganeis vestris per nostras litteras intimavimus, ut vobis constare poterit litteris praesentibus alligatis. Et licet non plene certificati sumus an Segnensis et Nonensis episcopi sint iurisdictioni vestrae subditi, tum singulo eorum scribere

decrevimus, rogando reverendam paternitatem vestram ut, si vestri sint subditi, velitis et placeat dictas litteras unicuique ipsorum directivas transmitters, alioquin eas penes vos retinere. Valet in Domino.

Ex /609/ patriarchali palatio Venetiarum, die VII mensis Martii MCCCCLV.

Laurentius Iustinianus patriarcha Venetiarum Dalmatiaeque primas.

6.

Venezia, 7 marzo 1455

*Copia della lettera di convocazione al sinodo provinciale inviata dal patriarca Lorenzo Giustiniani ai vescovi suffraganei di M. V., perché anch'essi vi partecipino.*

Copia litterarum transmissarum suffraganeis.

Reverendis et cetera. Decrevimus alias a die promotionis nostrae infra annum, prout etiam statuunt iura et disponunt, comprovinciale concilium in civitate Venetiarum (ubi Domino disponente praesumus) convocare, quod longa a gravi infirmitate impediti facere hucusque nequivimus. Nunc vero, ab ea gratias Deo liberati, debitum nostri officii volentes exequi, deliberavimus illud quarta ebdomada immediate sequenti post Pascha proxime venturum in Spiritus Sancti nomine celebrare. Quare paternitatem vestram intimamus, monemus ac per praesentes requirimus hactenus postpositis omnibus ad constitutum terminum adesse non differatis. Quod si defueritis (quod absit) sciatis vos sicut sacri canones sta/610/tuunt et praecipunt a caritate fratrum usque ad aliam proximam synodum et ecclesie communionem privandum.

Ex patriarchali palatio Venetiarum, die VII mensis Martii, MCCCCLV.

Laurentius Iustinianus patriarcha Venetiarum Dalmatiaeque primas.

7.

[s.l.] [s.d.]

*Lettera credenziale per un cappellano M. (potrebbe trattarsi del Martino di cui alle lettere n° 419, 421 e 454, oppure, anche, del Matteo di cui alla lettera n° 492 della prima parte).*

Litterae credentiales.

Reverendissimo in Christo pater et domine amantissime. Venit ad praesentiam vestrae reverendissimae paternitatis venetus vir presbyter M., capellanus meus, pro nonnullis suis agendis, nec non pro conferendo cum eadem paternitate vestra aliqua per me sibi commissa, cui super his, quae parte mea idem vobis duxerit explicandum. Precor vestram paternitatem quatenus velitis tanquam mihi fidem plenariam adhibere, pro hac vice. Paratus et ego et cetera.

8.

Venezia, 5 dicembre [1450]

*M. V. scrive a Giorgio Zorzi e a Francesco Minotto, rispettivamente conte e capitano di Zara, per raccomandare loro il canonico F. (un canonico Francesco è raccomandato a Pietro Foscari nella ep. n° 216 della prima parte).*

Dominis G[eorgio] Georgio comiti et F[rancisco] Minoto  
capitaneo Hyadrae.

Magnifici et generosi viri, cum presbyter F. canonicus noster praesentium lator Hyadrae se necessario transferat, opus est ei coram vestris magnificentissimis comparere pro quodam suo beneficio, quem /611/ iuris patronatus causa impetrasse se dicit ab illustrissimo dominio nostro Venetiarum. Quare rogamus magnificentias vestras ut ei opportunum favorem iuris impartiri dignemini, quod nobis erit gratissimum. Valete diu felicissime.

Datum Venetiis, die V Decembris.

9.

[Ancona], [1464, seconda metà di agosto]

*Subito dopo la morte di papa Pio II (14 agosto) e prima, sembrerebbe, dell'elezione a pontefice di Pietro Barbo, avvenuta il 30 agosto, M. V. si rivolge a ufficiali dei dazi e delle gabelle, per chiedere che, con rispetto dovuto alla sua stessa persona, permettano il transito delle sue masserizie (casse e forzieri) senza applicarvi alcun pedaggio.*

[1] Mapheus Vallaressus Dei et apostolice sedis gratia archiepiscopus Hyadrensis, universis et singulis praesentes litteras inspecturis sinceram

in Domino fidem et caritatem afferentes, significamus quatenus tempore proxime praeterito, quo felicis recordationis Pius papa II in civitate Anconae vita functus est, nos in eadem civitate existentes, et Romam petere volentes, ibidem aliquas capsam<sup>a</sup> seu forcerios cum certis rebus nostris ac nonnulla alia bona pro usu nostro dimisimus, quos forcerios, res et bona omnia nunc praesentium exhibitores nobis usque Romam asportari et conduci ordinavimus.

[2] Quapropter omnes et singulos dominos ac quascumque communitates et quoslibet officiales, datarios, gabellarios, portuarios, custodes ac /612/ bulletarios et cuiusvis generis seu conditionis homines omnes affectuose rogamus ut nostri intuitu eosdem exhibitores cum ipsis capsis seu forceriis, rebus et bonis omnibus sine alicuius datii, pedagogii, transversusque et gabellae solutione per omnes passus, pontes et per omnia loca, tam de die quam de nocte, ire, stare, transire et pernoctare permittant. Quod quidem ad singularem complacentiam sumus accepturi, offerrentes nos pro eis omnibus et pro singulo quoque eorum ad maiora paratissimos. Valituris praesentibus pro una vice tantum. In quorum fidem et testimonium litteras has nostras per infrascriptum secretarium nostrum fieri et subscribi fecimus atque nostri consueti sigilli parvi munimine roborari.

Datum et cetera.

## 10.

Roma, [1465?]

*Nella sua consueta dimora romana (il palazzo di Venezia) M. V. certifica la validazione con sigillo pontificale della lettera recatagli da Nicolò Meremo, rettore di scuola (scholaris) presso la diocesi di Ginevra; in essa Ludovico Trevisan, patriarca di Aquileia e cardinale con titolo di San Lorenzo in Damaso, camerlengo del pontefice, attesta di aver consacrato (per mezzo della tonsura: militiae clericali ascripsimus) il detto Nicolò, presentatoglisi umilmente in ginocchio, secondo la consuetudine della chiesa di Roma.*

Mapheus Vallaressus archiepiscopus Hyadrensis universis et singulis praesentes litteras inspecturis salutem in Domino sempit[erno].

Tenore praesentium notum facimus quod, cum dilectus nobis in Chri/613/sto Nicolaus Meremi, scholaris Gebennensis diocesis, litteras

<sup>a</sup> capsam *ms* : *expectes capsas*.

reverendissimi in Christo patris et domini, domini Lud[ovici], tituli Sancti Laurentii in Damaso sanctae Romanae ecclesiae presbyteri cardinalis Aquilegiensis, sancti domini nostri papae camerarii, praesentasset – tenoris huiusmodi: «Ludovicus, et cetera. Nos commissionem huiusmodi auctoritate praefatum Nicolaum coram nobis constitutum genibus flexis<sup>a</sup> humiliter petentem secundum consuetudinem sanctae Romanae ecclesiae militiae clericali adscripsimus» – in quorum fidem et futuram memoriam has litteras nostro minori pontificali sigillo muniri mandavimus.

Datum Romae in domo solitae nostrae residentiae, die et cetera.

## 11.

Roma, 9 aprile 1466

*M. V. scrive la seguente lettera credenziale a favore di Andrea Marich; questi, avendo già svolto per lui fedelmente l'ufficio di cappellano, deve ora rientrare in patria; rivolgendosi a tutti coloro che il cappellano incontrerà nel suo viaggio, M. V. attesta di avergli dato licenza di partire, e chiede che gli sia concesso tutto l'aiuto di cui avrà bisogno.*

Nos Mapheus Vallaessus miseratione divina archiepiscopus Hyadrensis universis et singulis ad quos hae litterae nostrae pervenerint salutem et prosperorum successuum incrementum.

Quoniam /614/ dignum esse videtur ipsos qui virtuose conversantur pro eorum meritis apud ignotos etiam commendari, idcirco notum facimus dilectum nobis in Christo filium presbyterum Andream Marich, superiori tempore nobis in cappellanatus officio honeste et fideliter magnaque cum oboedientia astitisse, et cum ipsum patriam redire suisque superesse iustis causis ac negotiis oporteat, nos eius commodis prospicere cupientes, eidem proficiscendi licentiam benigne concessisse tenore praesentium declaramus. Omnibus ergo apud quos declinaverit, pro eius meritis atque fidelitate, quantum possumus et valemus, in Domino commendamus, rogantes ut ipsi Andreae sacerdoti, capellano nostro, humanitatis favores contribuant, ut probis nostris commendationibus ipse favoris sui intelligat subsidium accepisse. In cuius rei testimonium has nostras litteras confecimus nostri-que maioris rotundi sigilli iussimus impressione muniri.

<sup>a</sup> flexis] frexis *ms.*

Datum Romae in domo /615/ nostrae consuetae habitationis apud Sanctum Marcum, die IX mensis Aprilis MCCCCLXVI, pontificatus sanctissimi domini nostri, domini Pauli papae secundi, anno secundo.

## 12.

Venezia, [s.d., ma compresa tra 1468 e 1492, anni del patriarca Girardi]

*Nella propria dimora veneziana, a San Giovanni in Bragora, M. V. fa copiare da un notaio appositamente convocato, ed egli stesso autentica per tramite del suo sigillo, la lettera recatagli da Andrea di Giovanni da Prato, abitante nella parrocchia di san Procolo (Provolo), con la quale il patriarca Maffeo Girardi certifica di aver consacrato tramite tonsura detto Andrea.*

Mapheus Vallaressus, miseratione divina archiepiscopus Hyadrensis, universis et singulis praesentes litteras inspecturis, sinceram in Domino fidem et charitatem afferentes.

Tenore praesentium notum facimus quod, cum dilectus nobis in Christo Andreas, quondam Iohannis de Prato de confinio Sancti Proculi Venetiarum diocesis, litteras reverendissimi in Christo patris et domini, domini Maphei Girardo, eadem miseratione patriarchae Venetiarum Dalmatiaeque primatis praesentasset – tenoris huiusmodi: «Mapheus Girardo et cetera. Nos commissionem huiusmodi auctoritate praefatum Andream coram nobis constitutum flexis genibus humiliter petentem, licet litteris indigentem,<sup>a</sup> secundum consuetudinem sacrosanctae Romanae ecclesiae militiae clericali et ad titulum sui patrimonii in talibus consuetum adscripsimus» –, in quorum fidem et testimonium has litteras per infrascriptum notarium ad hoc specialiter vocatum fieri et subscribi fecimus atque nostro sigillo pontificali consueto /616/ muniri mandavimus.

Actum Venetiis, in contrata Sancti Iohannis Bragorae, in domo nostrae residentiae, anno domini et cetera, indictione et cetera, pontificatus sanctissimi domini nostri anno et cetera, praesentibus et cetera.

---

<sup>a</sup> licet litteris indigentem *om. ms<sup>1</sup> : add. mg. ms<sup>2</sup>.*



## 13.

Roma, 6 luglio 1472

*Giovanni Michiel, noto come cardinale di Verona, scrive a favore di Lorenzo da Urbino, il quale viaggerà da Roma a Venezia e quindi a Zara, trasportando masserizie dell'arcivescovo M. V.: un amulio (cioè, probabilmente, un'anfora: cfr. hama, o hamula, «majus dolium vinarium», Du Cange) e quattro o cinque some (salmæ, le cavalcature che trasportano il carico di beni appartenenti a Vallarezzo); Michiel si rivolge a tutti coloro che, nell'ufficio di pubblico ufficiale – esattore, gabelliere, daziario, ecc. – incontreranno Lorenzo, latore della presente, affinché ne agevolino il viaggio.*

Copia litterarum passus.

Iohannes Michael, miseratione divina sacrosantæ Romanæ ecclesiæ Sancti Angeli diaconus cardinalis Veronensis, universis et singulis principibus ecclesiasticis et s[ae]c[ul]aribus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, nobiles, officialibus, quibuscumque potestatibus, capitaneis, vicariis generalibus, antianis, iudicibus, telonariis, tributariis, bollectariis, passuum custodibus, civitatum, oppidorum, villarum, locorum communitatibus ac rectoribus eorundem, ceterisque ministris dilectis cuiuscumque dignitatis, status seu conditionis fuerint, ubilibet constitutis, ad quos præsentis nostræ pervenerint, salutem in Domino sempiternam.

Cum dilectus nobis in Christo Laurentius de Urbino, familiaris reverendi domini archiepiscopi Hyadrensis, domestici ac carissimi nostri, cum amulione et quattuor aut quinque salmis dicti domini archiepiscopi iter per nonnulla loca Venetias versus et Hyadram sit factururus, nos cupientes pro nostra singulari in omnes domesticos, amicos et carissimos nostros dilectione huiusmodi eorum itinere favorabiliter tractare, vos omnes et singulos prænominatos /617/ tam ecclesiasticos quam temporales dominos ac vestros quoscumque officiales hortamur et amicabiliter requirimus quatenus dictum Laurentium cum amulione et quattuor vel quinque salmis bonorum et rerum dicti domini archiepiscopi per civitates, oppida, castella, terras, villas, portus, pontes, passus et loca vestra seu vobis commissa, quaecumque tam per terram, quam per aquam, die ac noctu, absque ulla datii, telonei, gabellæ, pedagii, traversus et alterius cuiuscumque oneris exactione, impedimento et molestia quibusvis semotis ac tute libere nostræ contemplationis intuitu, eundo, stando, redeundo, transire permittatis eiusque de bona et tuta comitiva scorta et salvoconductu (si opus fuerit) vel

duxerint requirendum liberaliter provideatis. In ceterisque eosdem benigne ac humane intuitu nostro pertractetis et bene tractari faciatis, offerentes nos ad vestra beneplacita. In quorum fidem et testimonium praesentes per annum ut ultra ad beneplacitum valituras fieri fecimus nostrique sigilli quo in talibus utimur appensione muniri.

Datum Romae, apud Sanctum Marcellum, in domibus nostrae residentiae, anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, die vero sexta Iulii pontificatus sanctissimi in Christo patri et domini, domini Sixti divina clementia papae quarti anno primo.

14.

Zara, [1470?]

*M. V. certifica che N(icolò), figlio di Stefano di Sebenico, dopo essere stato adeguatamente esaminato, ed essendo stato giudicato idoneo, nel corso della solennità del sabato in albis, insieme ad altri chierici è stato promosso al suddiaconato.*

/618/ Nos Mapheus Vallaressus miseratione divina archiepiscopus Hyadrensis universis et singulis ad quos praesentes pervenerint significamus et notum facimus quod, dum die sabbati in Albis sub anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo et cetera, indictione et cetera, die..., mensis et cetera, sacras clericorum ordinatione in ecclesia nostra metropolitana Sanctae Anastasiae Hyadrensis celebraremus, et ex parte reverendissimi domini episcopi et cetera fuisse<t> nobis praesentatus dilectus in Domino filius N[icolaus], filius Stephani de Sibenico, in quattuor minoribus constitutus, habens licentiales litteras (ut assertum fuit) ex parte sui superioris et ordinarii posse promevari ad sacros ordines eundem N[icolaum], canonicè prius examinatum et pro idoneo ac sufficienti reputatum, infra missarum sollemnia eadem die, simul cum aliis clericis, ad ordinem subdiaconatus iuxta ritum et formam sacrosantae Romanae ecclesiae in talibus observari solitam promovimus et ordinavimus. In cuius rei fidem et testimonium has praesentes fieri iussimus et nostri pontificalis sigilli appensione roborari.

Datum Hyadrae, anno, mense et die quibus supra.

## 15.

Zara, 29 giugno 1479

*Alla presenza di tre testimoni – il padovano Galeazzo de Cabaldi, vicario generale, il canonico Matteo da Nona e il nobile zaratino Ermolao de Zadulini – M. V. certifica che il 29 giugno del 1479, cioè lo stesso giorno della stesura dell'atto, secondo il rito di santa romana chiesa ha conferito la tonsura al nipote Alessandro, figlio del fratello Luca Vallaresso.*

Nos Mapheus Vallaressus, divina miseratione archiepiscopus Hyadrensis, universis et singulis praesentes litteras nostras inspecturis /619/ debitam maioribus reverentiam amicis ceterisque salutem et prosperos ad vota successus.

Significamus vobis et harum serie fidem facimus quod, cum die martis XXIX mensis Iunii currentibus annis Christianae salutis MCCCCLXXIX, indictione XII, coram nobis in sala maiori archiepiscopatus nostri flexis genibus constitutus esset dilectus nepos noster Alexander, spectabilis et nobilis viri Lucae Vallaressi germani nostri, humiliter petens se clericali militia insigniri seu sibi primam tonsuram conferri, ipsum Alexandrum nepotem nostrum carissimum ad dictum primum ordinem iuxta ritum sanctae Romanae ecclesiae promovimus et militiae clericali aggregavimus. In quorum fidem et testimonium praemissorum has praesentes litteras fieri mandavimus, pontificalisque sigilli nostri iussimus appensione communiri.

Datum et actum Hyadrae, anno, indictione, mense, die, et loco quibus supra, praesentibus eximio iuris pontificii doctore domino Galeatio de Chabaldi de Padua reverendissimi domini archiepiscopi /620/ praefati vicario generali, venerabili domino Mattheo de Nona canonico Hyadrensi ac nobili Hyadrensi Ermolao de Cedolinis testibus ad haec habitis specialiter et rogatis etiam aliis. Pontificatus vero sanctissimi domini nostri domini Sixti divina providentia papae quinti<sup>a</sup> anno octavo.

---

<sup>a</sup> recte quarti.